



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1691. usque ad annum 1701

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1781**

**VD18 13322648**

§. 21. Quorundam Eruditorum libri & decessus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67627](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67627)

gregatio die decima quinta Septem-  
bris declaravit, quod dignitates, & A.C. 1691.  
Canonici semper teneantur in Missis  
solemnibus, & Conventualibus præ-  
cipue in diebus festis ex obligatione  
Capitulari assistere sibi metipsis grada-  
tim in ministerio Sub - & Diaconi:  
Decidit quoque S. Concilii Congrega-  
tio die decima quarta Novembris,  
quod danda sit dispensatio irregulari-  
tatis contractæ celebranti cum vin-  
culo excommunicationis latæ contra  
formam Conciliorum. Eiusdem Men-  
sis die decima septima declaratum,  
quod Parochi Ecclesiarum filialium te-  
neantur accedere ad Benedictionem  
fontis, & ad recipiendum oleum San-  
ctum in die Sabbati Sancti.

### §. XXI.

#### *Quorundam Eruditorum libri & decessus.*

Du Pin  
licis hoc anno obiere, lucubratio- nouv. Bibl.  
nes recensere lubet: Hos inter primus tom. 18.  
erat Antonius Josephus Mega Bene- pag. 208.  
dictinus ex Congregatione S. Mauri,  
qui edidit S. Gertrudis Virginis, &  
Abbatissæ Ord. S. Benedicti insinua-  
tionum divinæ pietatis exercitia, Pa-  
raphrasin Psalmorum cum synopsi vitæ

D 4

S. Da-

Sæc. XVII. S. Davidis ex Psalmis, Commenta.  
A. C. 1691. rium in Regulam S. Benedicti, necnon  
 vitam ejusdem sancti cum succincta  
 Historia sui Ordinis, vitam S. Gertru-  
 dis, & dissertationem de Virginibus;  
 Gallice etiam reddidit tractatum S. Am-  
 brosii de Virginibus, de Virginum e-  
 ducatione, & perpetua Virginitate  
 B. V. sicut & librum Jonæ Aurelia-  
 nensis Episcopi *de Institutione laicali*.  
 Obiit die decima septima Martii anno  
 ætatis suæ sexagesimo sexto. II. Boni-  
 facius Maria Grandi Ord. FF. Prædi-  
 catorum edidit tres tomos *Cursus*  
*Theologici*.

## §. XXII.

*Scriptorum Acatholicorum opera &*  
*decessus.*

*Carol. mem.* Ex Scriptoribus Acatholicis occur-  
*Witte Biog.* runt. I. Antonius Basnage, qui  
 elucubravit exercitationes historico-  
 criticas de rebus Sacris & Ecclesiasti-  
 cas, necnon annales politico - Ecclesiasti-  
 cas. II. Theophilus Spizelius Au-  
 gustanus Præco typis vulgavit com-  
 mentarium de re litteraria Sinensium,  
 veterem Academiam Jesu Christi, exa-  
 men cuiusdam vaticinii Anglicani de  
 ultimo Romæ excidio, tractatum de  
 Atheismo eradicando, ejusque radice,

con-